Franckesche Stiftungen zu Halle

Oeconomiae Salutis Epitome Isagogica

Lange, Joachim

Halae Magdeburgicae, MDCCXXX.

VD18 13487469

Membrum III. De Dei Operibus.

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-211558

Visual Library

MEMBRUM III.
DE
DEI OPERIBUS.
ARTICULUS I.
DE
CREATIONE.

Sedes doctrinæ. Gen. I. II. Pſalm CIV. Jeſ. XL, 12. 26. 28. Hebr. XI, 3. Apoc. IV, 11.

Definitio: creatio eſt actio Dei, qua is res creatas omnes ſex dierum intervallo libere, omnipotenter, & ſapientisſime in ſuam gloriam produxit.

TRACTATIO.

I. CREATOR, ſolus Deus, Pater 1 Cor. VIII, 6. Filius Jo. I, 3. 10. Spiritus Sanctus Gen. I, 2. Pſ. XXXIII, 6.

II. RES CREATÆ INVISIBILES, Angeli, ut probabile eſt, ſtatim ſub initium creati: ubi

1. *Nomen*, quod מלאך & Græce ἄγγελος habent a ſuo legationis officio.
2. *Natura* mere ſpiritualis & hypoſtatica Pſ. CIV, 4.
3. *Præſtantia* ſtatus originalis magna, ſed tamen limitata. 1 Pet. I, 12
4. *Numerus* maximus Pſ. LXVIII, 18. Dan. VII, 10.
5. *Ordines* diverſi, ſed nobis plane ignoti. Eph. I, 21. Col. I, 16.
6. *Officium* λειτȣργικὸν reſpectu *Dei* Pſ. CIII, 20. 21. Matth. I, 20. & *hominum*, præcipue piorum 1 Reg. VI, 16. 17. Pſ. XXXIV, 8. &c.
7. *Proprietas miniſterialis* in aſſumtione corporum παραςατικῆ, conjuncta cum humana loquela Gen. XVIII, 1. ſeqq.
8. *Diſtinctio in bonos*, qui in ſtatu integritatis confirmati ſunt; & *malos*, ſeu defectores.
9. *Dominus angelorum*, Jeſus Chriſtus, angelus ἄκτιςος, cum creatis non confundendus. Hebr. I, 6.

p. 76 - 81

III. RES CREATÆ VISIBILES, ſeu hoc univerſum materiale, in cujus creatione notanda ſunt hæc tria, *modus*, rerum *ordo*, earum *finis*.

IV. MODUS conſiſtit in productione omnipotenti, primum ex nihilo, deinde e materia per ſe inhabili. Ejus analogon eſt in θαυματεργίᾳ; utpote quæ opus creationis egregie illuſtrat.

V. ORDO creationis fuit *architectonicus* in progreſſu a ſimplicibus ad compoſita; ubi notanda ſunt: materia prima, ejus digeſtio, digeſtæ exornatio, & totius operis *complementum* cum *ſabbatiſmo*.

1. *Materia prima*, ſpeciatim ad hæc inferiora relata, fuit *aqua* limoſa. Gen. I, 2. cui a *Spiritu* creatore indita eſt vis ſeminalis, activa ac plaſtica, adjuncta luce ignea, tanquam principio organico.
2. *Materiæ digeſtio*, facta eſt in diverſa mundi corpora, raritatis & denſitatis gradu inter ſe valde differentia, quæ ſunt: *aer* & *æther* in expanſo, & *aqua* ac *terra*.
3. *Materiæ digeſtæ exornatio*, ubi ab æthere progreſſus factus eſt ad aerem, & ab hoc ad aquas & tellurem Geneſ. I, 14-25.
4. *Complementum* in productione *hominis*: cujus not. a. excellentia: b. diverſitas ſexus: c. ſtatus integritatis: d. locus, paradiſus: ubi conſequens: ſabbatiſmus, non carens myſterio, & omnino jam tum in eccleſia patriarchali obſervatus.

VI. FINIS, ſapientiæ, potentiæ ac bonitatis divinæ demonſtratio. Pſ. XIX, 1. CIV, 1 ſeqq.

VII. USUS didaſcalicus, elencticus, epanorthoticus, pædeuticus & paracleticus. p. 81-89

Franckesche Stiftungen zu Halle

Franckesche Stiftungen zu Halle

M. III. ARTICULUS II.
DE
IMAGINE DEI.

Sedes doctrinæ: Gen. I, 26. 2 Cor. III, 18. Eph. IV, 24. Col. III, 10.

Definitio: Imago Dei erat conformitas cum Deo naturalis, poſita primario in dotibus facultatum animæ, ſapientia ac juſtitia; ſecundario in ipſa animæ natura, corporis immortalitate, & in dominio in creaturas.

TRACTATIO.

I. AUCTOR, Deus trinunus Gen. I, 26. III, 22.

II. FORMA, *conformitas* cum Deo; non eſſentialis, nec generalior; ſed accidentalis, limitata, ſpecialis & ſimillima.

III. PROPRIETAS, quod imago fuit *naturalis*; non quidem conſtitutive, nec conſecutive; ſed ſubjective, perfective & tranſitive.

IV. DOTES PRIMARIÆ, in *intellectu* ſapientia, in libera *voluntate* juſtitia originalis, cum inde reſultante juſto appetitus ſenſitivi & corporis regimine.

V. DOTES SECUNDARIÆ erant

1. Ipſa *hominis*, præcipue animæ, *eſſentia* ſpiritualis & libera, cum facultatibus intellectus & voluntatis. Gen. IX, 6. Jac. III, 9.
2. Corporis *immortalitas* Gen. II, 17. III, 3 Rom. V, 12, adeo, ut homo potuiſſet *non mori*, quemadmodum potuiſſet non peccare.
3. *Dominium in creaturas* inferiores, poſitum non ſolum in jure ac poteſtate, ſed etiam in facultate imperandi: cum adjuncto *habitationis* in *paradiſo*.

VI. FINIS & EFFECTUS, ſtatus hominis beatus in communione cum Deo 1 Cor. VI, 17. ſecundum Dei intentionem ad poſteros propagandus. p. 89-96

Franckesche Stiftungen zu Halle

M. III. ARTICULUS III.

DE
DEI PROVIDENTIA

Sedes doctrinæ : Pſ. CIV, 4. ſeqq. CXXXVI. Matth. VI, 26 - 33. X, 29. 30. 31. Jo. V, 17. Act. XIV, 17. XVII, 26 ſeqq.

Definitio. Providentia eſt actus Dei trinunius, quo is res omnes ac ſingulas, ſpeciatim humanum genus, conſervat ac ſapientisſime gubernat.

TRACTATIO.

I. CAUSSA EFFICIENS, Deus trinunus, Pater Matth. VI, 26. 32. Filius Col. I, 17. Hebr. I, 3. Spiritus Sanctus Act. XIII, 2. 1 Cor. XIII, 7. 1 Cor. XII, 11.

II. OBIECTUM providentiæ divinæ

Generale, omnia, etiam minima, in quibus Deus eſt maximus.

Speciale, genus humanum in Chriſto dilectum ac reſtituendum. Matth. V, 45.

Specialisſimum, fideles, conjunctim & ſingulatim. 1 Tim. IV, 10. Hebr. I, 14.

III. SUPPOSITUM, omniſcientia & præſcientia ratione *intellectus*, & πρόθεσις ratione *voluntatis*, Dei.

IV. FORMA, perpetuus actus *conſervationis* & *gubernationis* cum univerſali concurſu. *Gubernationis* vero ſpecies ſunt:

Permisſio poſita in ſuſpenſione potentiæ abſolutæ ab impediendo. Cujus ſuſpenſionis ratio eſt in libero hominis arbitrio.

Impeditio, qua Deus actiones creaturarum ita conſtringit, ut efficere non posſint, quod alias effecturæ eſſent.

Directio, qua Deus actiones creaturarum ad certum finem dirigit.

Determinatio, qua Deus actionibus & pasſionibus creaturarum ita intercedit, ut iis certos terminos conſtituat.

p. 96 - 101

V. DI-

Franckesche Stiftungen zu Halle

Franckesche Stiftungen zu Halle

x ich dancke dir darüber das ich wunderbarlich gemacht bin.
x es war dir meine Gebeine [illegible] verhohlen
x deine Augen sahen mich da ich noch unbereitet war

Franckesche Stiftungen zu Halle

V. DISTINCTIO, petita ab objecto, *vita* & *actionibus* hominis.

VITA: quæ providentiæ Dei ſubjacet in *ingreſſu* Job. X, 38. ſeqq. Pſ. CXXIX, 14. 15 16. in *progreſſu* Geneſ. XLVIII, 15. 16. Matth. VI, 25. & in *egreſſu*: ubi *vitæ terminus* conſideratur

1. ut *conſtitutus* & *naturalis* Job. XIV, 5.
2. ut *mutabilis*: & quidem
   a. ab ipſo homine, per incuriam, aut aſotiam & αὐτοχειρίαν.
   b. a *Deo*, vitæ terminum vel præcidente, vel prorogante; & quidem partim piis, partim impiis.

ACTIONES: ubi Dei providentia ita verſatur

1. Circa *bonas*, ut eas præcipiat, juvet, adprobet & remuneretur.
2. Circa *malas*, ut earum ἀνομίαν prohibitam partim impediat, partim permiſſam in bonum finem dirigat Geneſ. XX, 6. L, 20. partim juſte puniat.

VI. DISTINCTIO a modo petita: ubi ea eſt vel *ordinaria*, de qua hactenus, vel *extraordinaria* in *miraculis*: eorum 1. principium. 2. forma: 3. locus, ſeu ſedes: 4. differentia ab effectibus admirandis: 5 periodi tres præcipuæ; ſcilicet tempore Moſis, Eliæ & Chriſti: 6. duratio: 7. finis ex parte Dei & hominum.

VII. PROPRIUM, cauſſis liberis agendi libertatem relinquere. Matth XXIII, 37. Luc. VII, 30.

VIII. PROFUNDITAS ſumma in plurimis ſupra captum noſtrum poſita.

IX. USUS multiplex in obſervatione veſtigiorum providentiæ, ad cujuslibet vitæ curriculum debite referenda. p. 101 - 108